

Jakob Breiger Henning Steding

Disputatio Metaphysica De Causis Internis, Materia Et Forma


Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72927229X>

Druck Freier  Zugang



F. Breiger.
R. U. phil. 1620.



Disputatio Metaphysica
DE
CAUSIS INTERNIS,
MATERIA
ET
FORMA:

Quam

IN

Incluta Academia Rostochiensi

Præside illo, qui materiæ omnis expers,
Entelecheia & forma formatorq; rerum
omnium optimus maximusq;

ventilandam excutiendamq; exhibent

PUBLICITUS

M. JACOBUS BREIGERUS
PRÆSES

HENNINGUS STEDING

Brunsvigius — Saxo

RESPONDENS

Ad diem Novembris.

in Auditorio Majore horis matut.



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Anno 1620.

Insuper Mathematica
de
CALCULI DIFFERENTIALIS
MATERIA
FORMA

Incluta Academia Rossoburgica
Praeside illo, qui ministerio omnino expertus,
Catholice & omnia forma ordinata
omni in hunc modum



M. J. A. C. ...
HENNINGSUS STEDING

Brundisus — Saxo
in Androno Majori non tantum
H. J. A. C. ...

Exercitationum Metaphysicarum

DECIMA QUARTA

Qua differit

DE

CAUSIS INTERNIS.

THESIS I.



EX Entium generibus *Summum*, & *Imum*, Deus inquam, & Materia ita suo comparata ingenio sunt, ut omnium difficillime cognoscantur. In quo etsi conveniunt verissime: causam tamen ejus agnoscunt longe diversissimam, juxta Naturæ Interpretem, Græciæ miraculum, Aristotelem: à quo quia L. Vives hæc discedit, vitandus est; De quo ut alibi differi solet, sic hujus operæ faciemus *Materia*, grato accepturi animo, quæ & meliora recentium Philosophorum ingenia, & prisca ævi lumina magno consensu de ea differuerant. Doctè enim & accurate, si *Theopolo* fides *l. 7. conf. Acad. c. 8.* Plato eam explicavit; artificiosissime etiam, si *Zabarella* verbum accreduas, eam pertractavit Aristoteles.

2. Nomine *Materia* quid indigite chorus doctorum, lippis propemodum ac tonsoribus, quod dici solet, notum: Et vel inde satis constat, quod omnes eâ voce concipiant rem, ex quâ, in quâ, & circa quam aliquid fit, v. g. *Ex Ligno mensa; Ex semine animal: In homine virtus, scientia; In corpore naturali transmutatio: Circa colorem visio; Circa sonos auditio.*

3. Notiones hæc inter eas propè habere ausim, quas Stoicorum hæresis *αὐλήψις* vocabat, & Epictetus apud *arrianum*

l. 2. c. 22. si rectè memini, *πρώτου* voluit, nec in pugnam trahendas. Verùm dum varietas inter eas non parva & discrimen quoq; liquidum satis satisq; clarum, cœteris valere iussis, velut ab hoc loco alienioribus, eam arripimus, quæ *Ex qua dicitur*, & symbolum est *Materiae ιδίως & Κουίως* dictæ.

4. Vocabuli originem prosequatur, cui allubescit: nos in re occupabimur. Hujus nomina synonyma *Piccol. 1. de Mat.* collegit viginti quatuor, quorum quædam *Propria* In diversis respectibus ipsi competentibus fundata, quædam *Metaphorica*: omnia verò ea horsum deducere supervacaneæ diligentia est. Istud maturius nobis insinuandum, & ad rem diducendam utiliter, quod vulgò distingui *Materiae* solet in Primam & Secundam.

5. Primam vocamus (ait C. M. Isag. 132.) illam in rebus potentiam, quæ nullam per se existentiam, nullum, præter Entitatis quem dicunt & præsentia, actum habet. Prima est, ait *Suarez. d. 13. f. 7.* quæ subjectum nullum præsupponit prius; Secunda quæ tale aliquod præsupponit. Intercedit eis Relatio mensuræ (qualis Primæ competit secundæ respectu) & mensurati. Differentiam si voles, *Zim. theor. 36.* geminam adsignat: 1. prima, ait est natura; Secunda est naturatum. 2. prima est substantia simplex; Secunda est composita. Compositionem hanc in *Materia* (sive alterationis sive compositionis sit) & formâ unitis constituit d. l. *Zimara*: Et tum ait *Suarez*: Substantiale compositum, *Materia* dicitur. 1. Thomistis, respectu Accidentium; 2. Averroïstis, etiam formarum substantialium ratione, quippe plures in eodem composito Formas agnoscunt isthi, quæ sententia ludes in Thomæ & sequacium oculis.

6. Verùm occurrit hîc in *Zimara*, quod commodè accipiendum est: in *Suarezio* quod ferendum non videtur. Neq; enim materia secunda istud nominis gerit ob accidentia (Fonssecæ etiam hoc sphauma attributum ab alio) sed ob formam imperfectam & incompletam, quâ jam induta est. Sic namq; *Aristoteles in sine 4. Meteor.* Prima materia tantum est materia, & prima forma tantum forma est: intermediæ & formæ sunt & materiae. Hinc alijs definiri solet materia, quod sit varijs dispositionibus, & for-

& formâ essentiali (incompleta) jam determinata : Quæ omnia
infra pateſcent Inculentius.

7. Nunc de *Prima*, quæ & proprie materia eſt & meſura cœ-
terarum ; immò quæ ſola etiam uno cùm nomine iſthoc digna-
tùm & muneribus ejus genuinis deſungi poteſt.

8. An detur iſthæc in rerum naturâ, ea poſt natam Philo-
ſophiam magnis opinionum diſcidijs olim exagitata quaëſtio
fuit : Sed neſcio tamen annon hoc ſeculo majoribus ? Neq; enim
in dubium hoc temporis vocata ipſa tantum, ſed & Apodiëticis ra-
tionibus ; (ſi Diſ placet) negata. Quia Phyſicæ cura hæc propria, fa-
ciam quod Philoſophus fecit (dicente *Mercen. in Dilucid.*) lib. 12.
Metaph. & mutuabor demonſtrativam aſſerendæ ei rationem,
quam jure ſuam Metaphyſica facere non poteſt ullô. Ubi-
cunq; ſubſtantialis tranſmutatio eſt, ibi ſubjecta quædam mate-
ria eſt, quæ tranſmutationem ſuſtineat. In corpore naturali
eſt ſubſtantialis tranſmutatio. Ergo in corpore naturali eſt ſub-
jecta materia. Viden? Medium tranſmutatio eſt : Phyſicum qui-
ppiam, terminisq; concluſionis prorfus homogenium. Nec
intellectu difficile eſt generationum corruptionumq; auſpicio
Ariſtotelem in introducendâ materia ſubniti ; quales fieri & eſſe
in corpore naturali conſitetur experiturq; quicquid ubiq; homi-
num eſt.

9. Verùm cum Subſtantiarum, quam dixi, mutatio manife-
ſta quidem, ut Aſſumptio propriâ quidem ſatis face luceat : Sub-
jecti tamen neceſſitas non adeo ſenſui obvia Ariſtoteli viſa fuit,
ſed declaratione indigere. Generationem E. univerſè ſum-
ptam ait *Zabar.* conſiderandam ſibi propoſuit, arbitratus, Com-
muniora eſſe etiam nobis manifeſtiora. Ut ſi conſtet de Gene-
ratione in genere, eam ſubjectum, in quo fiat requirere, de
mutatione ſubſtantiali dubitationem fore nullam. Hinc Gene-
rationum artiſicialium, quæq; à natura fiunt, accidentalium in-
ductio demonſtrativa : cujus hæc viſ, ut ex aliquorum particu-
larium enumeratione in lucem prodeat prædicati cum ſubjecto
essentialis connexus, unde cognoscamus, ita eſſe in reliquis.
ἐν τῷ κτθ' αὐτὸν enim licet inferre *τὸ κτ' παντὸς* ; idq; ſemper.

Sic à Generatione Accidentium progrediens ad eam quæ est Substantialium, tandem ex his per inductionem colligit hanc universalem: In omni generatione necessarium est Subjectum: Subq; isthac deinde subsumit peculiariter de genere Substantiali hanc Majorem: ubi generatio substantialis, ibi subjecta materia est. Hinc *ἡ ἀπόδειξις* ab Effectu quæ supra posita. Confer. Arist. 1. Phys. & Interpretum turbam meliorem.

10. Extra phyces pomeria sumus, & argumentorum sylvam ex Aristotele, ex alijs non colligimus. Extremo tangendus digito *Ramus* est: quod faciam non meis, sed Clariss. Arnulxi verbis, quæ sic propè *ῥήσις*. Hic (Ramus) cum abjurasset quicquam Aristoteli credere, Materiam quoq; primam eradicare voluit, & ausus fuit Naturam rerum (hem scelus!) ad suas corrigere ineptias. Rationes si spectes; ut thesis ipsa sic & hæ ridiculæ sunt. Ramo crassius est Goclenij erratum, conantis absurdam thesin quinq; probare Demonstrationibus, quas ut autore indignas puto, sic dignæ misericordiâ, non refutatione. Mornæi in hoc Anti-Aristotelico certamine Marpurgensi illa Goclenianâ subtilior Musa est, & materiam primam negandam putat ne creationi noceat. Quo verbo summam dixi eorum, quæ prolixè contra Materiam Peripateticâ differit c. 10. de V.C.R. ubi vide. Nervum autem totius discursus ut incidam, 1. Noto Elenchum Finis: quippe qui non est creationis *ἀρχή*, sed generationis naturalis *ἦσις*. Hæc enim esse minime potest, si non sit illa. Et 2. concoquendum tibi par hoc argumentorum propono. Si non est Materia, 1. jam Composita fiens ex nihilo, & 2. Natura, quæ generare creditur, habebit potentiat aliquid ex nihilo producendi; quæ non potest non esse infinita. Hei quàm absurda isthæc non absurdis! quàm vesana sanis! Et quæ id quadrat in Arist. creationis ignarum?

11. Hujus considerationem omnem qui ad Logicam ablegant, nimum quantum inepti sunt, quo de alibi diximus. Ex hoc loco qui proscribunt, & Phycæ adjudicant, errorem errant non ferendum. Argumentum, quò triumphant, ecquodnam? & cujus monetæ? Videamus. Substantiæ mobilis tantum principium

cipium Materia est, nec Entis respondet latitudini, ajunt. Resp.
 1. Etiam Forma est tantum Substantiæ mobilis principium; ergone è Metaphysicis proscribenda? Pari modo de cæteris dicam: Non omne Ens Finem, non omne Ens Efficientem habet. E. de ijs Metaphysico minimè tractandum? Absurdè. 2. Falluntur, & distributivè Causas converti volunt cum Ente: cum satis sit, si collectivè. 3. Causæ considerantur vel quâ Affectionū Entis $\delta\epsilon\lambda\alpha\iota$. Vel quâ Entis $\pi\alpha\tau\eta$. Hoc hujus loci: ex illo procedit objectio.
 4. Memini verborum Suaresij. Dum Physico, ait d. 13. Materiam sub propria & speciali ratione considerandam relinquit. Metaphysicus, quatenus principium generationis naturalis est & Entis naturalis pars: ipse communem ejus (Materiæ) rationem, quodq; ei in genere proprium est, exponit. 5. Atq; hoc est, quod è Themist. *Zabarella* rectè moneat: Materiam induere notiones duas: Unam Absolutam (quatenus Ens est, & infimum ignobilissimumq; inter Entia gradum occupat. Alteram Respectivam, quatenus generationis subjectum. $\omega\lambda\epsilon\sigma\upsilon\acute{\alpha}\lambda\epsilon\sigma\upsilon\epsilon\upsilon$ E. non uno modo termini. Ergò me vides propius, & capis Suaresianæ assertio- nis fundamentum? Materia induit notiones duas, quarum unam Absolutam ex Them. dig. magna in 1. phys. cum Zab. l. 1. de 1. R. Mat. c. 6. vocaveris: altera Respectiva est: quem respectum explico per ordinem ad formas. Ad primam spectat secundum Entitatem suam, tanquam infimus Entis gradus: ad Secundam, quatenus est subjectum generationis.

12. Et tum quemadmodum alia cum Attributa tum & Defi- nitionem aliam homo obtinet, consideratus quatenus homo est, aliam, quatenus est pater, Consul, rex; sic & aliam aliamq; Ma- teria pro Notionum ista varietate, & Definitionem, & alia sibi vindicat attributa. Quæ confundere est cœlum terræ miscere: omitti verò & taceri neutra possunt, nisi & in rem & in intelle- ctum tuum injustus esse velis.

13. Absoluta verò ut in apertum producamus, certâ nobis ingre- diendâ viâ est consideratio ejus quidditativa: quam directam esse, etsi *Scotus* dicere videatur, disputans 2. *sens.* Materiam per se co- gnosci, ego dicere tamen non ausim: imò ausim ex illis colli-

gere.

gere, Scotum ibi facere voluisse officium Sophistæ, ejus est non virtute se involvere sua, sed ambiguitatum tricus, & verborum involveris. Veritatem implicare.

14. Per se ergò, ex se & directè materiam cognosci dum inficias imus, cum modernis quibusdam ex *Bonaventura 2 sent. d. 3. a. 1.* duplicem adhuc agnoscimus, etsi indirectum utramq; , modum: primus est per *Negationem*: proximus, per *Analogiam*. Uterq; horum, quamvis proprius non sit Materix; quod ostendit *Vicomere. l. 1. de Princ. c. extremò*: satis accommodati tamen & genuini, ut aberrare à Verò non possit, qui rectè usus fuerit utroq;.

15. Bonaventuræ verò qui velut primo auctori attribueret, nemo est. Ludit in ædibus Philosophorum antè hœdus iste, quam eniteretur suos illa capra fœtus, ipsò fatente. Apud Platonem in *Timæo*, si non res ipsa dicta, sertè semina hujus manifestò, acta, ubi, CL. Slekerò interprete, materiam, ait modò quodam ambiguo & vix explicabili divinæ & Intellectilis naturæ participem esse, adeoq; non nisi adulterina compræhendi ratiocinatione. *Νόθω λογισμῶ ληπτή*, (En tibi Analogian! sic Theupolus) *ἢ ἀπὴν μὲ ἀνευθεσίαις* (Vides Negationem?) *ἢ ὕλη*, ait *Alc. in Doct. Plat. c. 8.* quæ verba è Platonis *Timæo* sunt, & explicata uberius in *Acad. contempl. à Theupolo c. 9.*

16. Nusquam adeò religiosè Magistri vestigia pressit ille, qui in Veritatis gratiam non solùm amicorum placita delere solitus, sed & propria refutare paratus fuit: quod docet *Phys. Ααρ. l. 1. & VII. Metaph. c. 3.*

17. Negationis autem iste usus, ut eâ omnes omnium in universo rerum perfectiones à Materia auferamus: quo factò, sicut tenebras nos videre arbitramur, cum lucem non videmus; ita ita animus noster non intelligens formam ullam in materiâ, incipit vaticinari & conjectare materiam primam. (*Arnù.*) & hariolando quasi naturam ejus comprehendere. Quomodo & in Deo contingit hæc cognitionis viâ, quæ & huic & Materix communis (idq; jure: cum extrema sint, *Theup.* monente) nec diversus, etsi diverso eventu: quippe in Deo perfectionem manifestat, hic ad imperfectionem ducit. Ad imperfectionem inquam, & ad
ut ex

(ut ex Platonicis iterum dicam,) quid infra. *Quid infra* verò? Rectè: non ad Nihil tamen. Aliter enim anima se habet, materiam dum considerat, aliter, cum Nihil. Hic pura puta negatio; ibi non item; sed negatio cum quadam affirmatione: quam subindicant Platonis sectatores, cum addunt par hoc verborum à me notatum & importunis Academiae Simijs objiciendum: *Materia est aliquid infra Ens.*

18. Ad Lycæum? Non tam ovum ovo simile, quàm Aristoteles Platoni. Quam in rem verba cito VII. Met. t. 8. λέγω δὲ ὕλην, ἡ καθ' αὐτὴν μήτε ποῦν, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὠρεῖται τὸ ὄν. ἐστὶ γὰρ τὴ καθ' ἑ κατηγορεῖται τῶν ἑκάστον &c. Et paucis interjectis, postquam hæc ferè repetivisset, etsi ait, sit Entium (dictorum) ἔδεν, ἔδδὲ δὴ αἱ ἀποφάσεις, non est tamen Entium negationes.

19. Ita E. apud Aristotelem Materia nihil Entium determinantium completorumq; est, ut tamen Ens sit, & non sit nihil, Extra Nihil namq; suo modo processit, & vi divinà omnipotente, ad oppositi (Entis vid.) ordinem vocata est, perfectionemq; habet suæ naturæ debitam. Quæ perfectio etsi imperfectissima: talis tamen quæ ipsius ἑστὶ accommodata sit, & tanta, ut verum transmutationis subjectum parsq; corporū naturalium constitutiva esse possit.

20. Platonicis etsi non est quidem Nihil: Ens tamen non est, sed infra Ens. Quod ut manifestius cernas, dabo ordinem ipsis, si non omnibus: (De aliquibus namq; imò de ipso Academiae istius Magistro Dn. *Slek.* propè negat) quibusdam tamen, ut *Theop. Plot. Porph.* alijsq; solemnem. Locò principis Entis ponunt initium, quod non sit Ens sed supra Ens: Secundò gradu collocant ea, quæ simpliciter & Entia & Una sunt, Mentis sc. & Ideas: Tertiò, ea in quibus Ens cum Non-Ente quasi complicatum, ita tamen ut ratio Entis primas teneat: Quartò, Naturas corporeas Idearumq; imitationes, in quibus Ens cum non Ente commissum, sed ita tamen ut Non-Enti primæ concedantur. Postremum occupat Materia, quæ Infra Ens posita, & ejus nomine juxta illos indigna. Sic illi.

21. Facimus cum Peripato: & quemadmodum Ens ipsa est, sic & Entis affectiones possidet; quas breviter percurramus. *Uni-*

B

tatem

tatem ei eripere nemo conabitur. quisquis seriò credit, quod supra ostensum, Entis Uniusq; parem esse, non tantum latitudinem sed eam quoq; cohesionem, quæ omnes Necessitatis demonstrativæ gradus sustineat, ut prorsus propositio hæc: Ens est unum, sic καὶ ὅλας πρώτη.

22. Idem Transmutationis evincit natura subjecto gaudens uno communi, quod transmutatis substet semper & immaneat, Tale verò subjectum materiam esse, ex supra dictis notum est, nim. Primam. De Secunda enim hic quæstio non est: & si esset, quis de eâ dubitaret, ait CL. Slekerus, num illa cuiq; rei propria? Videlicet in tanta formarum diversitate, quæ multitudinis differentiaq; causa: quâ tandem ablatâ (quod in materia prima fieri debet:) cessat differentia omnisq; varietas; adeoq; simplicissimâ Entitate suâ, redditur una, & ab alijs distinguitur, non aliquo superaddito, sed seipsâ.

23. Verùm difficultas major prodit, si quæras, qualis ista Materia unitas sit? Ex V. Metaph. plures Unitatum species in superioribus adduximus: sed earum tamen nulla quadrare aptius videtur, quàm Numerica. Neq; enim Genus, nec Species est, quamvis & hanc & illud naturæ quadam quasi cognatione non uno attingat modo. Ex similitudine autem ista qui colligere velit ejus cum Genere identitatem, sanè novitios quosdam imitabitur, sed errabit tamen non leviter.

24. Alius circa hæc Averrhois error, quem sequuntur Zimara, Jandunus: qui materiam privativè unam esse contendunt. Contrà: In 2. Metaph. Aristoteles ait. Ut unumquodq; Ens est, sic & Verum est. Pariter ego hic: Ut unumquodq; Ens est, sic & Unum est. Assumo. Materia est Ens non privativè, sed positivè. Ergo nequaquam privativè sed positivè una est.

25. Succedit Veritas: quam deinde excipit Bonitas. Hæc magno olim conatu argumentisq; pluribus impugnata fuit à Platonicæ extra Ecclesiam; Sectæ hominibus; in Ecclesiâ, à Manichæis. Perstrinximus sententiam hanc aberrantem supra Ex. 7. p. 92. ratione duplici 1. quia Ens sit 2. quia appetibile quippiam: quorum illud πρώτων Bonitatis δεικνόν; hoc necessarium ejus consequens

sequens, & testis non-fallax. Nunc urgebo *in Aristot.* 1. quia ex & à Bono S. Materia est. 2. quia ad Universi hujus ornatum, complementumq; profus necessaria est.

26. Sed penè *Veritatù* ostendendæ oblitus eram: & fortassis id quoq; sine culpa. Neq; enim olim de ea quæsitum fuit anxie: hodiè verò dubitare vix videtur posse, qui genuinam ejus faciem intuitus fuerit, & vel simplici mentis operâ instituerit inter Materiam & attributum hoc collationem. Rem ipsam videbit, & concludet, convenire quoq; definitum, cui competit definitio.

27. Caterum ad Conjunctas abeundum, Actum præsertim ac Potentiam. *Thomas 1. p. q. 66. a. 1. Q. 44. a. 2.* quiq; hunc magno numero sequuntur, ut *Cajet. Iacell. Egid Ferrar. Conimb. Song.* opinantur, totam Materiæ essentiam consistere in potentia. Et videntur sibi Aristotelis insistere vestigijs, urgentes 1. *Phys. 2. 82. 1. de Ortu & Int. c. 3. VII. Metaph. 2. 8.* Quin & è Sacris sententiæ suæ pallium quærunt, & ne quidem Materiam primam (de ea namq; sermo:) creationis terminû constituere potuisse asserunt.

28. Non placent Scoto hæ Thomistarum delicia, obijcitq; argumentum satis validum, quod *ex 2. Sent. d. 12.* ita proponam. Quicquid extra causas suas est, & extra nihil existit, *omnig* est actu. Vides causam? A non-esse prodijt ad Esse. Subsume de Materia. Dein è *Gabr. 2. sent. d. 12.* duplex Arnis. argumentum reperit: Annon, inquit, Materia est Ens actualiter (cauté hæ accipienda tamen, ut mox patebit) existens? Numquid ab Arist. 2. *de An. c. 1.* passimq; alibi vocatur Substantia? Post *Scotum & Gabr.* prolixè hanc rem & pluribus edisserunt *Ant. And. 7. Metaph. q. 6. Suar. d. 13. f. 4. Vicom. 1. de Princ. c. 12. Mercen. in Diluc.* quos vide.

29. Ergò concedendus aliquis Materiæ actus, quem cum sequi Entitatis ejus conditionem fas sit, debilissimum imperfectissimumq; esse oportet. Entitativum vocant (barbarâ dubio procul dictione) Autores: Præsentia actum non maledixerim; cujus omnis in eò constituta vis, ut extra nihil esse rem dicat, & quasi præsentem in Entium genere sistat: ulterius præstat nihil. Quò sit, ut *Cardano* concedamus, actum hunc à ad formas, quas recipere potest, referatur, videri potentiam

puram : quemadmodum & ipsa informis deformisq; apparet, si contendas cum pulchritudine, quam à formis recipere potest. Neq; enim absurdum hoc, nec insolens : & præterea ad Aristotementem, si species loca th. 26. producta.

30. Quid verò contra Actum hunc Entitativum Zabarella? Molitur quidem multa: sed ausim dicere, propè astruit, quem destruere laborat. Vide l. 2. de prima Rev. Mat. c. 2. seqq. Sed & idem Autor deferendus nobis, cum l. 1. c. 9. de Materia Potentia differens, omnem Potentiam Qualitatum Categoriae adstringit: quem errorem reprehendimus supra Ex. 10. p. 116.

31. Videtur tamen iudice Arniseo, nimium in sua opinione excessisse Scotus: (videtur, inquam, à Veritate abivisse & ab Arist.) dum Actum Entitativum sufficere censet, ut per eum Materia sine forma existat. Debetur quidem illi existentia quædam (Æterna namq;: formæ a. corruptibiles. E. non omnem existentiam ab his illa accipere potest. Vide Per. Piccol. Scal. Vicom. verùm non potest existentia ista superare essentiam, quæ debilissima cum sit, qui non pariat existentiam quoq; talem?

32. Pergo. Materiam hanc nihil aliud esse dicebat Ioh. Gramm. l. 11. contra Proclum, quam ipsam trinam dimensionem. Possuntq; cum eodem facere ex Nominalibus ij, qui Quantitatem à Substantia non distinguunt. Zabarella. (iterum hic tangendus est:) Ego puto, ait l. 2. de Rev. Mat. c. 17. materiam primam esse corpus de Categoria substantiæ. Contra Illos urgeo 1. Phys. t. 15. VII. Met. t. 3. ubi dimensiones negat aperte Substantias esse. Materia verò est Substantia. Huic oppono 3. Phys. t. 41. L. 3. de Cal. & I. de Generat. t. 41. ubi reprehendit antiquos, quod corpus quoddam elementis superius introduxerint.

33. De fine ejus dicam tribus: qui fuit, ut formas reciperet, & constitueret Composita. Hinc oportuit 1. eam quantitate cœterna & indeterminatâ instructam esse. Neq; enim forma accedeas novam in eâ generat, sed quam reperit, determinat. Hinc 2. Appetitus ei concessus, quo in formæ fertur amplexum, velut ad marem foemina, turpe ad pulchrum. Quem cum tollit

Scal.

Scal. ex. 17. & 61. vehementer errat: nec causam assignat, nisi aut alienam aut falsam.

34. Causalitatem verò quod attinet, eam geminam faciunt *Conimbr. in Quest. Physicis l. 2. c. 8. q. 8. a. 1.* eò quia duplex, quem respicit, terminus est, forma scilicet & compositum. Quod ut concedimus; invito licet *Alberto 11. 2. in 2. Phys.* ita dicimus, terminos illos subordinatos esse, ac resultare compositum per materiæ informationem: ita ut non sit necessaria causalitatis duplicitas. Consistere verò eam in generatione *Suar. d. 13. f. 9.* docenti disputantiq; non credimus: in receptione formæ intima rectius eam reponunt *Iav. 5. Metaph. q. 2. Fons. 5. Metaph. c. 2. q. 1. f. 2.*

35. Hactenus de prima. Materiam *Secundam* supra descripsimus; Existit ea jam contracta sub quadam forma; quæ ut incompleta est, sic per eam res potentiam accepit ad formam etiamnum superiorem subeundam. Neq; enim absurdum putamus, plures posse formas esse in uno composito. Imò absurdi, qui hoc negant ex *Da. de Schola Thom. Æg. Ferr. Iav. Suar.* quos sequuntur ex recentioribus non pauci, quos considerare velim attentius ipsum Quæstionis statum, & deinde argumenta seriò intueri, non ea, quæ ex anicularum trivio arrepta huc trahunt nonnulli, ut facilius refutatio, & quasi Troiâ eversâ triumphent, sed cætera, in quibus vis major, & Veritas evidentior.

36. Ad Accidentia pergo: in quibus præter subjectum, materiam cernimus nullam: Nempe se totis principia agendi sunt, adeoq; & tota actus, non ex materia & actu composita. Quia & si esset in illis huiusmodi compositio, posset forma in materia mutari, & unum accidens formaliter abire in alterum, frigus scilicet in calorem, quod absurdum non tantum, sed & præterea, contra *Arist.* contra cæteros Sapientiæ Tribunos.

37. Iniquus ergò, qui contra *Aristot. edictum 8. Metaph. t. 12.* Compositionem dictam in Accidentibus abstractis quæsierit; nec æquus tamen rerum æstimator, qui eadem quoq; cæteros compositionis modos (plures enim esse alibi ostendimus) operâ negatos negandosve putet.

38. De Subjecto autem quod ἀναλόγως pro Materia & vehiculo habent, quid videretur? An semper Substantiam esse oportet, an & accidens aliud? ubi notandum, de Subjectis ut QUÆ esse sermonem, non de Subjectis ut QUIBUS. Et tum *Suar.* censet multa recipi accidentia in accidentia tanquam in subjecta ut *Quæ.* Arnis. ex Greg. hic distinguendum putat inter Accidentia, quorum quædam reipsâ ab alijs accidentibus non differunt, quædam realiter ab ijs distinguuntur, à quibus recipiuntur. Hæc fundari omnia in substantia: illa quoq; in Accidentibus posse. Sed nescio annon plus concludat tritum illud Aristotelis: Accidentis esse est inhaerere substantiæ. Et quid! si ipsum accidens, in quo fundatur alterum, substantiæ inhaereat, annon & illud, quod accidenti isti inest, substantiæ inexistere dicendum est? præsertim cum Accidens quæ tale, sustentandi potentiam videatur habere omninò nullam.

39. Ad Formam properamus: cujus Consideratio ex *Averrhoë* observatione, (fortasè *Themistium* imitari voluit, qui idem in Materia ante annos circiter 773 notarat, de quo supra:) duplex. Absoluta & Relativa. Illa dici quoq; solet *Confid.* in actu signato.

40. Eam tribus sumi modis in *Comm.* ad 5. *Phys.* notat *Averrh.* & ex *Averr.* repetit *Zimara*: utrumq; si voles, vide: & hunc quidem in *Tabulis*. Nobilis, ac, prope dicere ausim, prorsus philosophica Formæ acceptio est, qua se diffundit vox ista ad Formas informantes Assistentesq;. Informantibus quæ nomen illud invideat, nemo est: Assistentium contraria fortuna, si judicia spectes eorum, quos his posterioribus seculis vivere Jupiter voluit & philosophari. Eos verè ut suo abundare sensu patior: sic non possum tamen facere, quin adscribam veterem aculeum: Noveris, quem amare voles. Non scetet iste mendo quidem, sed id fingam ego, ut deleam vocem, & scribam: Noveris, quem odisse voles.

41. Theorema E. pono, arreptum non è trivio sed ex philosophantium tripode. *Quandoquæq; plura ad constitutionem unius rei concurrunt, ex quibus pluribus Unum non tantum perfectius est sed & alterum perficit, dirigit, fovet & omnino quasi-format, id inquam Formæ rationem merito suò, & nomen habet jure justissimo.* Sic *Averrhoës* Coelum dixit formam mundi inferioris: *SVVes.* Deum Formam Universi. Sic & Nauta navis, Pastor gregis sui forma est.

42. Ergo

42. Ergò & Assistens forma Forma est : rationeq; ejus aliquo modo participat, ita ut Analogiæ, sive (ut alij loquuntur non sine *κατὰ τὸν* nullà) Æquivocationis fundamentum satis manifestum.

43. Differentias verò minus scrupulosè hic venabor, quoniam alibi dictum, quod hujus commatis esse poterat. *Zabarella* l. de part. an. c. ii. Forma informans 1. alligata materiæ 2. ad materiæ extensionem extensa. 3. speciemq; constituit per suam in materia præsentiam. Assistens contra nec materiæ alligata, nec per eam extensa, nec constituit compositum, sed largitur tantum operationem. Displicuere isthæc *P. Fabio* in *Phys. Scotistica* p. 535. & propterea; Non illud, ait, sed hoc est verum discrimen, quod Informans dat esse specificum & essentielle, facitq; unum per se: Assistens nec præstat illud, nec facit hoc, sed tantum unum per Accidens. Utinam eadem, quæ hæc, conciliari facilitate possent turbæ Imperij; Persanè nihil periculi esset à facibus sylvæ Bohemicæ.

44. Aliàs Forma triplex: Logica, Metaphysica, Physica. Logica est, quæ Generi velut materiæ, superaddita constituit definitionem. Estq; sæpe portio quædam formæ tantum, non tota forma: ut Scotus ostendit non semel. In Accidentibus eadem est Entitas simpliciter, à quâ & Genus & Differentia petuntur: Idq; tam certò, quam verè albedo v. g. simplex forma & qualitas est, non composita ex re & re. Sed quid? annon & hic subtilior Scotus? Quo de aliàs. *Metaphysica* est tota rei compositæ essentia materiæ includens. In homine v. g. humanitas. *Physica* est altera compositi pars. *Scoto* dicitur forma Partis: qua de causa censuram meruit à Thomistis, itemq; *Mercen. in Diluc.* satis severam: sed defendit tamen eum non tantum *Faber* (quàm feliciter, disputari nunc non potest:) sed & Veritas verissima.

45. Hæc an totam rei Naturalis quidditatem & essentiam absolvat, quæri non recenter cæpit. Affirmant & *Averr. & Zim.* & *Niph.* & *Jand.* idq; sine dubio prorsus Aristotelicè, ut demonstrabimus locis septies septenis.

44. Causalitas Formæ consistit in Actuatione materiæ per quam Composito dat esse. Vnde dicta *ΝΥΘ* τὸ πὶ ἡν ἐν τῷ
3. *Phys.* t. 20.

43. ER

47. Est autem duplex forma. Una quæ dat esse simpliciter: altera quæ dat esse secundum quid. Illa Substantialis est & dicitur: Hæc Accidentalís. Illam satis probatam putamus ex actionibus animarum & ex actionibus alijs immanentibus ab Aristotele in Metaphys. Transeuntés hic non ita feliciter militant. Negare verò Accidentalés velle, est cœcutire in medio meridie.


48. Occurrit autem diversitas hoc loco inter formam & materiam præter alias, etiam hæc, quod Materia in omnibus sublu-
naribus una est, formæ verò plures. Nec enim aliás inter se differrent species. Cumq; perpetuari in materia forma haur-
queat propter insatiabilem materiæ appetitum, prudentissimã Natura renasci formas voluit subinde & corrumpi. Idq;, ut observat Arnis. non per generationem propriam, sed per quan-
dam consecutionem. Unde terminum Generationis gemi-
num agnoscunt Sapientes: primum ut Quem (quod est ipsum compositum, cuius est existere) VII. Metaph. t. 26. 27. 8. Metaph. t. 4. Proximum, ut Quo, qui est forma, per quam compositum existit.

49. Laxior ergò hic significatio si placet, dicimus & fieri For-
mas: eò, quia cum antea non erant, nunc esse incipiunt, ex causa-
rum suarum quasi utero, autoritate Efficientis, ministerio Virtu-
tis plasticæ, ipsa Naturâ obstetricante, eductæ: & Generari non ne-
gamus: quippe *suo modo* transeunt à non-esse ad Esse: In quo
τὸ π̄ ἢ εἶναι ᾤσταντες repositum esse, sæpius docet in *De Gen. & Corr.* Naturæ filius, Sapientiæ promus condus Aristoteles.

50. Ortus autem ac generationis modos rejicimus Spuri-
os 1. *Philop. Tilefij* & aliorum, qui putarunt formas materiæ increare
Deum. 2. *Alb. M.* opinantis, formas omnes confuse in materia
contineri, elici autem & quasi protrahi in apertum per genera-
tionem. 3. rejicimus Avicennæ Colchodæam. Amplectimur
autem sententiam Aristotelicorum, qui statuunt, formam in
materia præcedere non actu sed potentia: formamq; produci
nihil aliud esse, quam è potentia materiæ elici hoc est, ab
eâ in fieri, esse, & operari dependere.

Satin?





42. Ergo & Assistens forma Forma est: rat
modo participat, ita ut Analogia, sive (ut al
sine *κατὰ γένος* nulla) Æquivocationis funda
nifestum.

43. Differentias verò minus scrupulosè
niam alibi dictum, quod hujus commatis est
*b. de part. an. c. 11. Forma informans t. alligata materia
sionem extensa. 3. speciemq; constituit per suam in mate
stans contra nec materia alligata, nec per eam exten
positum, sed largitur tantum operationem. Displicet
in Phys. Scotistica p. 535. & propterea; Non illud, aut
scrimen, quod Informans dat esse specificum & essentia
Assistens nec præstat illud, nec facit hoc, sed tantu
Utinam eadem, quâ hæc, conciliari facilitate
perij; Persane nihil periculi esset à facibus syl*

44. Aliàs Forma triplex: Logica, Metaphy
est, quæ Generi velut materia, superaddita conf
Estq; sæpe portio quædam formæ tantum, no
Scotus ostendit non semel. In Accidentibus
simpliciter, à quâ & Genus & Differentia pe
certo, quam verè albedo v. g. simplex forma
composita ex re & re. Sed quid? annon &
Quo de aliàs. *Metaphysica* est tota rei compo
riam includens. In homine v. g. humanita
compositi pars. *Scoto* dicitur forma Partis: q
nem meruit à Thomistis, itemq; *Mercen. in I*
sed defendit tamen eum non tantum *Faber* (s
sputari nunc non potest:) sed & Veritas verit

45. Hæc an totam rei Naturalis quiddit
absolvat, quæri non recenter capit. Affirm
& Niph. & Jand. idq; sine dubio prorsus Arist
strabimus locis septies septenis.

44. Causalitas Formæ consistit in Actu
quam Composito dat esse. Vnde dicta *10*
3. *Phys. t. 20.*



quo
non
ma-
quo-
avella
xtien-
Affi-
com-
Fabro
m di-
per se:
videns.
Im-
Logica
nem.
: ut
titas
tam
, non
cotus?
mate-
altera
nfo-
ram:
er, di-
riam,
r Zim.
mon-
æ per
ævay
B. Est